



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

Conclusio huius libri. Cap. 15.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

cacissimos habet oculos, sua interiora dijudicet; & vt hinnulus, qui venenatos angues absunt, aduersarios insurgentes dificiat atque consumat. Sic etiam faciebat David quando canebat: Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia. Conuertere Domine usquequod? Et deprecabilis esto super seruos tuos.] Id est, postquam nouerimus Domine a te hanc tribulationem obuenire, & postquam ea nos erudieris, tandem reuertere ad consolandum nos, & te super amatores tuos placidum ac benignum ostende. Prateriens igitur Dominus, ait Bernardus, teneri vult, abiens retocari. Neque enim hoc irreuocabile verbum. It & redit pro beneplacito suo, quasi visirans dilucido, & subito probans.] Reuocemus ergo illum nostrae indignitatis cofessio- ne, reuocemus intensa afflictionis ostensione, reuocemus singultibus & clamorosa oratione; tandem enim veniens veniet, & non tardabit, & intolerabilem animæ solitudinem sua ipse amabilissima praesentia depellec.

## Conclusio huins libri.

## CAP V T XV.

**H**is aliisque innumeris temptationibus, quas prolixum esset numerare, aduersus omnes status iustorum, aduersarius insargit, & neminem in hac regione mortis bellis & dolis exemptum habere permittit. Incipientes a vita mutatione retrahit: progredientes ad sedendum vel ab itinere deviandum inducit; perfectis se opponit, & si non potest illos decider, aditum saltem ad maiorem perfectionem intercludit. Unum eius negotium, est mediis variis multiplicibusque impugnationibus noua via animabus infondere, antiqua fouere, & vitiorum fructus, nimurum peccata maiora minoribus peccatis ante pertratu aggregare. Si volum ergo a peccatis abstinere, & vita destruere, eorum initis, scilicet temptationibus & prauis suggestionibus resistamus. Iam ex seruis & famulis Christi milites & socij facti sumus: iam viam spiritus aggredientes sacra militiae nomen dedimus, ne cum infirma turba ad sarcinas maneamus. Ad sarcinas enim vestis & cibi, vt Hugo pulchre annotauit, remanent inertes & infirmi: ad bellum vero expediti & fortes ire non timent. Nos autem qui a facculo nos expediimus, & spiritus robur induimus, non sit nobis cordi falsa quies, quam mille conscientiae mortis inquietant, nec ad bellum procedere formidemus. Non suffici tenuisse iustitiam, nisi eam in tentatione feruantes, ipsa Deo illibatos nos feruenter. Nam & Adam iustitiam tenuit, sed sibi & posteris immensa mala mercatus est, quoniam in tentatione a iustitia recessit. Dedit mulier viro suo pomum, qui comedit, & preceptum Domini transgrediens a gloria ad ignominiam, a diuitiis ad mendicitatem: a vita ad mortem pertransiuit. Ne imitemur patrem hunc, cui, Christo adhaerentes, renuntiauimus, nec serpentis, id est, diaconi suasionis, nec Eua nostra, id est, carnis mellitos sermones auscultemus. Fratres, inquit Bernardus, si modò praesentem videremus Adam in eo articulo positum, a scindibus cogitationibus in cor eius, coactari inter pectem vxoris & preceptum creatoris, nonne clamaremus aduersus illum, dicentes: Cague tibi miser, vide ne feceris, seducta est mulier, non acquiescas ei? Ut quid ergo quoties apprehendit nos tentatio similis, non persuaderemus similiter no-

Hugo  
lib. 3, de  
clausif. a-  
nima in  
prologo.

Genes. 3.  
6.

Ber. ser.  
l. omni.  
sancto.

Psal. 89.  
n. 12. &  
13.

Ber. ser.  
74. in  
Capt.

A bis ipsius:] O magna miseria filiorum Adam! quem per gratiam & vitam spiritualem exuti plenè nunquam exuimus, & eum in corde nostro corrigentes, nos ipsos non corrigimus, quin & cogitatione inobedientiam eius reprobantes, opere & imitatione complemus. Quād verē dixit David: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vīque ad ynum.] Cū enim à virtute ad imperfectiones defecimus, ab altitudine ad vilitatem declinamus: cū à Deo per prauum consensum separamur, inutiles reddimur. Nam homo Apostata vir inutilis.] Et abominabilis, & inutiles homo, qui bibit, quasi aquam, iniquitatem.] Et opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum.] Vide quād inutilest quod putridis cadaveribus comparantur. Qui enim à multiplici tentatione, inquit Ricardus Vitorinus, sustinet se superari, formam habet iam mortui: nec cuiuscunque, sed cadaveris iam putrescentis & putridi, quod putredini iam ex omni parte subiaceat, & vermis ubique scateat. Et post pauca, intus consentientes tentationi vocat cadavera putrida, sed sepulta, quorum corruptio quasi in occulto iacet: exterius vero etiam peccantes vocat cadavera putrida, sed extra sepulchrum proiecta, quorum corruptela & feccitas omnibus patet. Adhæsit itaque nobis primi parentis lepra, inuictus nos peccati mors, si tentatori cedimus, & quod in illo damnamus ore, in nobis non iam verbis, sed actione defendimus.

Roboremus igitur nos, vt dæmonis insultus vin- camus, quia, vt dixit Paulus, Mundo, & Angelis, & hominibus spectaculum facti sumus.] Quād in theatrum producimus, vt militum Christi perlonam agamus, & cum aduersariis vita perfecta pugnemus. Mundus nos spectat, id est, mundani & iniqui homines, vt si succubuerimus, nostram ignauiam irrideant. Angelii spectaculo assistunt, vt sua præfertia nos animent, & adiutorio confortent, & de victoria nostra vehementer exultent: Homines, iusti scilicet, qui non vt bestia rationis expertes, sed vt homines vivunt, nos quoque considerant, vt pugnantium strenuitatem laudent, & eius le imitatores exhibeant. An coram tantu testibus qui nos damnent, occumbendum est? An coram tot spectatoribus terga verendum, qui tantam imbecillitatem & infidelitatem inclament? Immo potius coram mundo, Angelis, & hominibus, immo & in conspectu ipsius Dei videntis nos, summis conatibus est quarenda victoria, quæ primùm in ipsam perfectionis arcem, & postea in aeternæ gloria possessionem inferat. Iam patres nostri, iam fratres nostri, iam socij nostri vicerunt, & ex victoria coronantur, quid nos timemus, eundem Dominum adiutorem habentes, & similem cum illis gratiam participantes? quid aduersarios penitentes formidamus? Illi quidem, qui præcesserunt nos difficultissimi prælia & insuperabilibus laboribus impugnati sunt; quorum aliquos diabolus non ad levissimas tentatiunculas, sed ad ignominias, ad ingenitria pericula, ad crues, & ad mortes expedit, in quibus tam alacres, & intrepidi subfiterunt, cur nos, nisi quia ignauum sumus minima bella prosterrent? Neque enim, vt dixit Ephrem, pro Salvatore nostro Iesu Christo ad præfides & reges duelli sumus audito dicens quod iustificata sit Sodoma pre nobis. Neque coram tribunalis iudicis sumus adducti, & tormenta pietatis ergo passi. Neque caminum luculentio igne succensus vidimus, neque fatigantes accensas conspeximus, non vericula acuta ignita, non labores cera & pice effervescentes. Neque feris cau- pietatis obiecti sumus, & sustinuimus: neque decoctæ sunt

Psal. 13.  
3.

Pron. 6.  
12.  
1ob 15.  
16.  
Isaia 53.  
6.  
Ricard. ad  
Psal. 90.  
fine.

1. Corin.  
4.9.

Ephre, de  
alpinen-  
do à cu-  
piditatibus  
car-  
nalibus.

*Tobias 2.  
18.*  
*Tim. 2.  
12.*  
*Hebr. 4.  
n. 15.*  
*Bern. ser.  
de B. Maria.*  
*Galat. 6.  
2.*  
*Gene. 32.  
n. 24.*  
*Iosue 1. 30.*  
*Deut. 11.  
24.*  
*Bern. ser.  
15. in  
Psal. 90.*  
*Leo ser. 5.  
Quadrat.  
85.*

sunt manus nostra à carnificibus, quōrum vel solus aspectus cor eius, qui supplicis obicitur commouet. Nondum intuitus sumus eis acutos inferri nobis, & expauimus? His verbis sanctissimus pater nostrum merum & socordiam demiratur, & meritò sanè. Si enim, vt dixit Tobias, filii sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo,] mirum est quod à parentibus degeneret indigna progenies, & dissimili vita similem mercedem expectet. Si com mortui sumus, inquit Paulus, & coniunemusisti sustinebimus, & conregnabimus. ] Prius igitur seculo moriendum est, vt similis nobis vita Christi vita proueniat prius tentationes supportandæ & hostes protendendi, quā nos regnum verissimum perfectionis admittat. Quā ergo magna stultitia est sine morte, qua mundo moriamur, velle viuere, & sine pugnae victoria velle regnare.

Æquitas quidem tentationum sustinentiam expostulat. Nam si Dominus sustinuit tentationes pro nobis, & vt Paulus dixit, fuit tentatus per omnia; quid magnum si nos pro illo, immo, & pro nobis ipsis & pro utilitate nostra tentationes susteneremus? Et quod amplius, & mirabilius est) sustinuit ille peccata nostra, & adhuc innumeræ imperfectiones negligentiæque dissimulat, quare nos non patienter feramus ab illo benignè corripi, sapienter probari, & suauiter castigari? Sustinuit te dilectus, inquit Bernardus, sustine tu dilectum; sustine, viriliter age. Non illum vicere peccata tua, te quoq; ipsius flagella non superent; & obtinebis benedictionem. ] O consilium æquitatis plenum, quin & misericordie plenissimum, vt si nos quotidie illi flagella nostris imperfectionibus geminamus, patienter pro delictis tentationes insurgentes reportemus. Sic & usque ad cœlum se lexilla Pauli protender: Alter alterius onera portate, nam Dominus pro sua benignitate culpas nostras supportabit, & patientia ab illo nobis data pro gloria ipsius tentationes & molestias sustinebit. Jacob cum Angelo luctatus est usque manæ; ] & nos cum Domino probationem sustinentes usque ad illud, cui nunquam succedit nos, vt ultimum manæ luctemur. Dabit ille perseverantibus benedictionem, qui non negabit perseverandi voluntatem. Fiducia etiam in Dominino de omni tentatione victoriæ expectat. Qui enim tentat vt probet, & ferit vt sanet, nullo modo nos abundantia auxilio ad prosterendum aduersariū vacuos derelinquet. Nam & scriptum est: Omne locum, quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam. ] Vestigium autem pedis nostri fiduciam designat, pro cuius mensura erit & victoria magnitudo. Bernardus quidem ita senit, illum Deuteronomij locum interpretans: Quemcumque locum calcauerit pes vester, vester erit. ] Pes vester, inquit, utique spes vestra est: & quantumcumque illa processerit, obtinebit, si tamen in Deum tota figuratur, vt firma sit, & non titubet. ] Neque ita spes leui casu iusti victoriæ sperantes eludunt, quem a morte grauius peccati seruatum leui vulnera non dominant, sed humiliant, sed cautio rem reddunt, sed à seipso inanem confidentiam fugant, sed vires ad diligentius pugnandum exsufficant. Fallitur profrus ita perlungo, inquit Leo Papa, & nimia vanitate veterascit, quicunque inter tentationes huius vitæ ab omni se vulnere credit immuncem. ] Leues itaque casus, quos plangimus, quos statim accerbissima contritione deflemus, quorum causa cœli aspectu nos indignos existimamus, magis prosum quam officiant, quia tantillum impulsu in aduersarium iratores insurgimus. Indignatione animus & animo spes crescit, & spei

A lœta victoria succedit.

Gaudium quoque mente conceptum animam ad pugnandum roborat, & ad victoriæ obtainendam accedit. Nam quis nesciat ex tentatione victa gaudium nasci, & veluti stillam futuri præmij statim pro foribus exultationem adesse? Evidem nullus ignorat filios Israel, victis & suffocatis Aegyptiis, ingenti lætitia fuisse perfulos? Qui, vt est in libro sapientie, tanquam equi depauerunt escam, & tanquam agni exultaerunt, magnificantes te Domine, qui liberasti illos. ] Hi autem iustorum extiterunt figura, quorum corda victis suis aduersariis, & in sanguine Christi demeritis vehementer exultant. Equi innocens pacuis uberrimis natura monente lætantur, & cur non lætentur iusti vincentes, qui de hostiis ditissimas coaceruant exiuiti? Agni in herba viridi exultant & saltant: quid ni iusti in monte virtutis aduersariorum cadaveribus pleno subsilant? Magna est exultatio victoria, qua démonum quoque in æternum damnatorum quodammodo tristitia supprimitur. Gaudent enim illi, si nos elidant, & nescio quonam pacto magnam ponam & mœstitudinem non deponentes, gaudium de nostra ruina concipiunt. Quod ita esse Ioannes Cassianus, & quod plus est, Scriptura sacra ab eo allata confirmat. Quas, inquit, eorum, scilicet dæmonum ruinas atque confititus, ille, qui fanos interioris hominis oculis possidebat quotidiane, cernens, vidensque eos supergaudente ruinis, & casibus sanguinorum, actiemus ne de se quoque eueneret eis ista lætitia, Dominum deprecatur: Illumina, inquires oculos meos, ne unquam obdormiam in morte; ne quādo dicat iniuriam meam: prævaluï aduersarii eum. Qui tribulant me, exultabunt, si motu fuerit. ] Et Deus meus ne supergaudent mihi: ne dicant in coribus suis: enge, euge anima nostra, neque dicant: deuorabimus cum. ] Si tanta est victoria lætitia, vt ea prout possibile est, aduersarii in perpetuum dñani sine ullo victoria emolumento sibi proueniente concipient, quantam & quādam veram habebunt iusti, eum vincunt, qui præmia incomparabilia sibi parata considerant: Quā pura, sancta, & perseverans erit exultatio corum, qui de fidelitate in Christum seruata, de sanctissimæ legis custodia, de glorificatione Dei, de sanctiorum imitatione, & de hostiis suorum fuga & confusione lætantur. Hostibus Isaelitarii fugatis, & ut cuncti in restaurato templo, facta est lætitia in populo magna valde, & auctorum est opprobrium gentium. Proflatus igitur hostibus anima, & mandato a prautis cogitationibus cordis templo, magna valde tunc lætitia sequetur. In mari certe, vt simili Dorothæ viar, cum auster fuerit, affliguntur omnes, quotquot in nau fuerint: cum autem tranquillitas redierit, læti omnes inter se narrant tempestatis horrorem. Ita proflus turbine tentationis instant, magna mentem subit afflictio, at tentatione reiecta & corde victoria obtentione sedato, Dominum victoria authorem laudamus, nobis ipsis congratulamur, & ex aduentu tranquillitatis arriham adesse ecclæstis premij sentimus.

E Si ita se res habet, & tanta bona ex una tentatione victoria proueniunt, entendum est nobis aduersariorum insultus detegere, vires confingere, audaciam cohibere, & Deo fideles inueniri. Tentationum victoria peccata vitamus, vitia depellamus, passiones cohibemus. Tentationum victoria virtutes inferimus, præmia conquerimus, mandata eu stodimus. Tentationum victoria Eccleiam levigcamus, fratres ædificamus, laudem prometemur. Tentationum victoria cœli viam ambulamus, spiritu proficimus, & ad sanctitatem peruenimus. Ob

Sap. 19. 9.

Cassian.  
coll. 7. 6.  
21.

Psal. 12.  
n. 4. C. 5.

Psal. 34.  
n. 20. C.  
26.

1. Ma-  
chab. 4.  
5. 8.

Doroth.  
doz. 12.

*Matth. 4.  
n. 11.*

*Bern. ser.  
4. in Psal.  
90.*

*Luce 12.  
37.*

*Beda lib.  
4. in Luc.  
ad c. 12.*

temptationum victoriam, quam de hostibus reportamus, ipsi hostes nos timent, boni diligunt, & Angeli victoriae socios confitentur. Profecto Domino aduersarij victoria potito, accesserunt Angeli, & ministabant eis, ita dum mundum, diabolum carnemque proterimus, Angeli ad nos accedunt, &, si non corpori alimenta, at anima delectamenta subministrant. Vnde Bernardus: Et tu si vis habere ministerium Angelorum, fuge consolations sacerdotii, & temptationibus resistere diaboli.] Non horrent illi consuetudia iustorum, quos corruptibili carne circundatos vident spiritualibus delectati. Non designantur illis afflister, quos aspiciunt aduersus communes hostes dimicare. Nec erubescunt ministrare illis, quos licet natura minores, tamen opere quodammodo maiores agnoscunt. Quid enim magnum si Angeli carne nudi, & potentissima gratia veluti, demones fugient, vincant, & sibilent? At magnum est, quod homines carne vestiti, passionibus impulsi, & ad malum ex duabus portionibus una sui parte pertracti, demones protent, malum deserant, & ad omne bonum accedant. Non denique confunduntur seruire nobis, quibus Dominus ipse gloria (quod non sine magno tremore excipendum est) in futura gloria, prout suam maiestatem deceat, certa quadam ratione ministrabit. Beati, inquit, serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenient vigilantes: amen dico vobis, quod praeinget se, & faciet illos discubere, & transiens ministrabit illis.] Beati plane vigilantes atque victores, qui mensuram praeiorum tam confortant, coagitant, & supereffluentem recipient. Cum Dominus a nuptiis, que in cœlesti gloria in perpetuum celebrantur, ad iudicandum venerit. Hæc omnia cum seruis suis fidelissimè cumulariſſimè complebit. Præeinget se (ut interpretatur Beda) cum retributionem parabit: faciet eos discubere, cum in æternam re-

A quiem admittet: transierit, quia à fide ad visionem nos eleuabit, & ministri officium geret, quia eos ipse reconciliabit, & coram illis, ait Cyrillus, deliciarum mēsam apponet. Ob præmium tantum consequendum, quo à sanctis Angelis socij, quibus ipsi famulētur, & à Domino famuli fideles habemur, & præmia aeterna recipimus, æquum profecto est nō solū, ut vincere tentationes cutemus, sed ut in mediis temptationibus de spe tantorum bonorum gaudemus. Cuius gaudij inter nebras quoq; temptationis lucetis Dominus ipse dator & effectus est, de quo scriptum est in Iob: Qui dedit carmina in nocte.] Quid enim aliud est conditorem nostrum in nocte nobis carmina dare, nisi ex spe retributionis, gaudium in media afflictionis temptatione cōcedere? Carmen in nocte, inquit Gregorius, est letitia in tribulatione: quia & si pressuris temporalitatibus affligimur, spe iam tamen de æternitate gaudemus. Carmina Paulus in nocte prædicabat, dicens: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. ] Carmen in nocte David sumperat, qui dicebat: Tu mihi refugium à pressuris, que cuncte dedit me: exultatio mea, redime me à circundantibus me. ] Ecce noctem pressuram nominat, & tamen liberatorem suum inter angustias exultatione vocat. Foris quidem nox erat in circumdatione pressuræ, sed intus carmina resonabant de cōsolacione letitiae. ] Haec letitia carmina resonent in cordibus nostris, cum tentamur, & similes illis erimus, de quibus scriptum est: Et prælibabut prælum Israël cum letitia, [letitia autem impatiens & tristitia depellet, ardorem in pugna adiicit, hostes admirabitur & effingeret. Sic tandem ad tantam felicitatem assurgemus, ut ex letitiae huius temporis verâ, que tota in Dei obsequio collocata est, ad æternam letitiam transeamus, & ut in futuro sæculo gaudiis & pace perfriundo, & in hoc tribulatio- nes sustinendo letemur.

*Iob 35.  
10.*

*Greg. 26.  
mōr. c. 12.*

*Rom. 12.  
n. 12.*

*Psal. 31.  
n. 7.*

*1. Macha.  
3. 2.*

### ORATIO PRO GRATIA AD PECCATA ET VITIA, destruenda, & temptationes vincendas,

**D**eus meus, innocentia restitutor, quam miseri Adæ filij delinquendo perdidimus; & puritatem amator, quam te in cordibus nostris illucescente, vehementer optamus, concede queso abundantissimam gratiam tuam, qua ab omnibus culpe nexibus, qui in nobis tibi dispergunt, liberemur. Da Domine pessime, fæditatis & malitiae peccati notitiam; da tante iniquitatè verissimam detestationem: da firmissimam ab omni peccato abstinenti voluntatem: da fructus penitentie dignos, qui tibi offensos, si non ad equalitatem, at ad possibiliterem, satisfaciant. & anima ad tuam imaginem creatam maculas deleant. Quia vero fontes peccatorum sunt vitia innumeris prauis actionibus genita, & ex prophana conuersatione contrabastu qui Saluator noster es, hos impurissimos fontes obtura & exscca: & aperi in agro cordis nostri venas virtutum, & fontem aquæ viue, que fecunditatem afferat, ad cuius odorem hortus hic à te satus, flores bonorum desideriorum, & fructus operum sanctorum emittat. Quia tandem vitia temptationibus, quibus non resistimus, crescunt, & ad maiora delicta quotidie patranda roboranter stū qui adiutor es in omni tribulazione nostra, adiuua nos, ut aduersarij dolos perspiciamus, ut cognitos fuijamus, & ut illecebribus in sequentibus resistamus, ne usque ad casum & tua legis purissimæ transgressionem tentemur: Ita, ô Domine, tu, qui conuersationem nostram capisti, perficies, & animas sanguine Christi filii tui redemptas, ab hostibus vindicatas, post hanc vitam in aeterna hereditate constitues. Quam à te Domine speramus per merita eiusdem Salvatoris nostri, cum quo & cum Spiritu sancto sit tibi gloria, & laus, & gratiarum actio in sempiterna secula. Amen.

FINIS LIBRI SEXTI.

DE